

## DE XII. GEMMIS

tentur, Munstero teste: dicentes habere formam Tekelet, תכלת: quod nomē pro colore hyacinthino seu cæruleo lanæ aut serici, semper accipi video in Sacris, nusquam autem pro gemma. Tharsis quidē alijs in locis alij interpretantur mare, portum vel nauale, insulam, Aphricam. Mihi hoc in loco Hyacinthum vertere placuerit: quoniam aliud nullum huius gemmæ Hebraicum nomen inuenimus: & habet hæc quoq; maris subcæruleum colorem: ea præsertim Hyacinthi species, quam Veneti aut violacei coloris esse legimus, & imitari sapphirum. Etsi ex nominis similitudine Tharsis, Turcicam vulgò vocatam esse aliquis cōiecerit: quæ itidē cærulei coloris est. sed prior opinio magis arridet.

### XI.

Onyx, vel Onychinus vt D. Hieronymi interpretatio habet: præstat autem onychem, vel onychium voce diminutiua dicere. Septuaginta hoc in  
loco